

nibus vassalli faciunt Domino feudi, his verbis: Ego N. iuro...

31 Explicatur can. 23. Concil. Cabilon.

Secundo refragatur Concilium Cabilonense 2. can. 13. in illis verbis: Dicitur est de quibusdam fratribus...

32 Adducitur can. 100. diu.

Ex nostra decisione facile lucem accipit textus in c. optatum...

nem, referant Garcia de beneficiis 3. p. cap. 3. Sigismundus de elect. libro 50. Solorzano lib. 4. poli. c. 6. Diana p. 12. tract. 1. resolut. 57.

Tandem supra tradit assertioni obstat Leo Magnus relictus in c. legabatur, de iudic. & obedi. in illis verbis: Legabatur in litteris tuis...

33 Opponitur c. legabatur de iudic. & obedi.

CAPUT V.

Alexander III. a Joanni Presbytero Gardinali, & Apostolica Sedis Legato.

Quia diligentia tua requisivit, an electionem electi, qui b abjurat schismate ad unitatem Ecclesie rediit, debeat confirmare...

NOTAE.

1 Joanni. Legendum est, Joanni Neapolitano Presbytero Cardinali Basilice Aediocioni Apostolicum, Apostolica Sedis Legatum...

ordine 21. licet alii 11. alii 27. appellent: duravit fere per viginti annos; nam Octavianus confirmatus in Concilio...

nall hominum produm, nec etiam pro periculo corporis, neque membrorum. Legatum Ecclesie Romanae honorato, & dicunt, & redunt...

34 d. Continuar.) Legatus enim ex speciali commissione potest electiones confirmare, sed quia in nostro casu erat schismaticus...

35 d. Redire.) Aquilejensis enim Patriarcha, Peregrinus dictus, subscripsit electioni Octavianum in gratiam Imperatoris...

COMMENTARIUM.

EX hac Alexandri episcopi talis depromitur assertio: Abjurans schismate, dispensatur potest eligi. Probat textus in c. nos consecraverimus...

36 Concluditur auctoritate probatur.

37 Sed contra hanc assertionem ita pro dubitandi ratione insurgit. Certum est de fide, peccatore per penitentiam exere veterem hominem...

38 Traditur decidendi ratio.

Qua dubitandi ratione minime obstante, praesens assertio vera est, cujus rationem et percipiamus, omnis schismatis etymologia, definitio, & poenis, de quibus agemus in c. 1. de schismaticis...

CAPUT VI.

Idem in Concilio a Lateranensi.

Lex est evitanda discordia in electione Romani Pontificis manifesta facta a predecessoribus nostris b constituta...

deici, probatur ex c. subiacens 40. c. qui contra 24. q. 1. & ipso iure excommunicantur illi, c. de Liguriis, 22. q. 1. & si non resipiscant, poena desponsionis puniuntur, c. in nomine, 23. dist. & laici tunc, nobilitate privantur, atque Principibus secularibus traduntur puniendi, d. cap. de Liguriis, & alio poenis plectuntur, de quibus agunt Turricremata in Summa Ecclesie, p. 1. c. 8. Petrus Gregorius lib. 2. part. 1. tit. 7. Deinde sciendum est, quod ad hoc ut electio Episcopi, vel similis Praelati Ecclesiastici valida sit, debet fieri de eo, qui non habet impedimentum canonicum, ut sunt irregulares, c. si quis 15. de sent. excommuni. fallari litterarum Apostolicarum, cap. ad inferiorum, de erim. falsi, sacrilegi, cap. venerabilem, hoc tit. usurarii, cap. inter, de excess. Praelat. excommunicatio majori ligati, cap. postulasti 7. de cler. excom. interdicti cap. cum inter R. de consuetud. cap. 1. de postul. Praelat. suspensi cap. cum dilectis 8. de consuetud. perjury, cap. querelam, de iur. iur. publici aleatoris, d. c. inter, de excess. Praelat. & alii quos enumerant Pet. Gregor. de elect. c. 9. Jul. Lavorus ubi sup. ex quibus jam cognoscitur vera nostri textus decidendi ratio; nam cum non possit eligi ad dignitatem ecclesiasticam ille, qui impedimentum ecclesiasticum habet; & schismaticus adeo ineligibilis per schisma reddatur, ut non possit amplius in Ecclesia ministrare sine dispensatione, cap. fin. de tempor. ordi. ideo tam ad Episcopum, quam ad alias dignitates ecclesiasticas eligi non valet: sed cum hoc prohibitio, seu poena sit tantum iuris ecclesiastici, ab Ecclesia imposita, & in hiis omnibus quae a iure ecclesiastico introducta sunt, Pontifex valet dispensare, cap. professus, de consens. praeb. ideo si cum schismatico dispensetur, poterit in Episcopum, vel Ecclesiae Praelatum eligi.

39 Difficilius dicitur rati.

Nec obstat ratio dubitandi supra adducta; nam procedit in peccatis occultis, ubi per penitentiam totum peccatum delictum: at schisma est peccatum publicum, & notorium, ex quo etiam post abolitionem, & penitentiam remanet quaedam infamia, quae impedit etiam per penitentiam conciliationem eligi ad dignitates ecclesiasticas. Nec augmentum difficultatis obstat; nam ut supra in dicto cap. ex litteris, animadvertimus, plerumque iuxta disciplinam ecclesiasticam conceditur officium, denegato beneficio; nunquam tamen contra conceditur beneficium denegato officio. Nec tandem augmentum ultimum refragatur; nam ut docet A. cum ubi supra, illud procedit iure antiquo, quando multa denegabantur, quae postea concessa fuerunt.

40 Exponitur c. Nos. 44. diu.

Sed superiori assertioni adversatur textus in cap. nos consecraverimus, 13. dist. ubi cum Episcopo Numidie petissent a predecessore Gregorio per Hilarium Chartularium S. R. E. servari omnes consuetudines, quae ab ipso Phocii tempore in electionibus sacris vetustas longa servaverat. Respondet Gregorius, omnes consuetudines, quae fidei Catholicae contrariae non essent, inviolatas permanere debere, Exceptis (inquit) his quae ex Donatistis ad Episcopum pertransierunt, quos provolvi ad Primatum dignitatem, etiam cum ordo eorum ad locum eundem deferret, moti omnibus prohibemus: suscipiat autem illis commissio sibi plebi tantummodo curam gerere, non autem illi Antistites, quos Catholicos fides in Ecclesia sua adseruit, & genuit, ad orientem culmen primatus anteire. Ex quibus verbis expresse deducitur, non licere illis, qui schisma abjurarunt, ascendere ad altiore gradum, etiam si illis permititur in antiquo ministrare: ergo non recte asseritur in nostro textu, post abjurationem schismatis schismaticum posse eligi in Episcopum. Huic difficultati respondendum est, textum illum procedere non praemissa dispensatione; nam sola abjuratio schismatis non reddit schismaticum habilem ad dignitates ecclesiasticas, sed sequuta dispensatione redditur eligibilis, ut in nostro textu docetur: notat Gibalinus de irregul. cap. 5. dub. 1.

41 Exponitur c. Nos. 24. q. 2.

Secundo opponitur textus in cap. pudenda, 22. quist. 1. ubi asseritur, consuetudinem diutius observatam fuisse inter Aquilejensem Patriarcham, & Archiepiscopum Mediolanensem, ut unus alterum consecraret; & cum ambo in schisma pervenissent, unus ab alio consecrationem accepit: quoniam fuit, utrum rite esset consecratus? Et respondet Pelagius Papa, illum potius exsecratum, quam consecratum dici debere, cum ab schismatico, & non observata veteri consuetudine esset consecratus: quod idem decrevit Pontifex in casu contrario, si non schismaticus consecraretur ab schismatico. Igitur qui in schisma inciderunt, perpetuo ineligibiles manent. Huic decisioni respondendum est in eo textu tempore consecrationis durasse schisma, nec fuisse abjuratum, tam a consecrante, quam a consecrato: unde recte ait Pelagius, quod sicut a Catholico Catholicus ordinatur dicitur consecratus; ita ab schismatico schismaticus consecratus, dicitur exsecratus, ideo non rite consecratus, ut notavit Marcellus Donatus in notis ad Dvoton. in Casara, cap. 20. tom. 6. Theolauri Critice.

¹⁵ Nec obstat dabitandi ratio supra adducta, ubi dicebamus populum, & Clerum electioni Pontificis interesse non posse; cui facile fit factis ex supra traditis. Nec primum augmentum refragatur; nam verum est, Pontificis electionem confirmari non posse, ut probat Hallier, *de sacris elect. fol. 929.* cuius rei rationem tradit Nicolaus in *c. in nomine, 23. dist. ibi: Quia sedes Apostolica cunctis in orbe terrarum presertim Ecclesie, atque sedes inter se Metropolitanam habere non potest.* Cardinales Episcopi proculdubio Metropolitanis velle fungantur, qui videlicet electum Episcopum ad Apostolice culminis apicem perveniunt: nec verba predicti Episcopi Portuensis contrarium suadent; nam praterquamquod illi fides adhibenda non est, eum schismaticum fuisse, & in gratiam Anacleti intrasi contra Innocentium II. scripserit, responderi potest, eam consuetudinem tunc temporis in Ecclesia viguisse, ut in electione Pontificis ea forma servaretur, quae in electionibus aliorum Episcoporum custodiebatur, videlicet ut Pontifex a Clero eligeretur, a populo exproberetur, & ab Episcopis Provincialibus confirmaretur; non quia Pontifex confirmationem exeret, sed quia cum Episcopi propter loci distantiam electioni adesse non poterant, consensum suum eo modo praestarent;

C A P U T VII.

Idem in a eodem.

Um in cunctis sacris b Ordinibus, & Ecclesiasticis c ministeriis sint atatis majoritas, d gravitas morum, & litterarum scientia inquirenda; multo fortius in Episcopo haec oportet inquiri, qui ad curam aliorum positus, in seipso debet ostendere e qualiter alios in domo Dei oportet converterat. Propter ne quod de quibusdam pro necessitate temporis factum est, trahatur a posteris in exemplum, praesenti decreto statuimus, ut nullus in Episcopum eligatur, nisi qui iam trigefimum annum atatis g exegerit, & de b legitimo matrimonio sit natus, qui etiam vita, & scientia commendabilis demonstratur.

N O T A E.

^a **Odem.**) Concilio videlicet Lateranensi, capite 2. ubi reperitur verba hujus textus, & etiam in prima collectione, sub hoc tit. cap. 16. ex quibus transcripsit Raymondus. Meminit hujus canonis Innocentius III. lib. 1. in epist. Usalensi Episcopo missa, apud Sirletum fol. 220. his verbis: Quod cum quampariteri Svecia clerici non sint de legitimo thoro suscepti, qui ob sua generationis evulsorescentiam, aliorum gradus culmine appetere nulla presumptione deberent, contra constitutionem in Lateran. Concilio praevide deliberationem innovatam, venire nullatenus metuentes, Episcopatum dignitates invocare contendant, Sec.

^b **Ordinibus.**) Et in ceteris aliis atas cetera praefinita est a sacris canonicis, tam antiquis, quam recentioribus; nemini eam cito manus est imponenda. D. Paulus ad Timoth. cap. 5. ut constat ex cap. mittatur, 61. dist. cap. subdianconus 4. 77. dist. cap. presbyter, 28. dist. cap. vel non est compus 14. de temporib. ordin. cap. super 33. de praebendis, 61. dist. cap. finali de temporib. ordin. lib. 6. atas enim unicuique ordini assignata referuntur in cap. de his 5. 28. dist. cap. in singulis, 77. dist. novissime in Tridentino sess. 25. c. 5. & 6. Pro quorum iurium expositione plura adducemus in cap. eam te, de atate & qualitate.

^c **Ministeriis.**) Videlicet dignitatibus, & officiis Ecclesiasticis; saepe saepe enim, tam in iure nostro, quam Caesareo ministeria accipiuntur pro officiis, aut dignitatibus, cap. multi 1. quae 1. nulla Ecclesiastica ministeria, de concess. prob. inferiora vero ministeria nostri textus, cap. Joannes, de clericis conuocatis, cap. cum singula, §. prohibemus, de praebend. libro 1. Concilium Parisiense 3. can. 9. leg. 2. ff. de officio Proconsulis, l. Allicia 6. §. Allicia, ff. de officio Praefidis, l. in eadem 10. ff. ex quibus causis, l. 2. ff. de servis fugitiuis: notant utriusque juris Lexicographi verbo Ministeria.

^d **Gravitas morum.**) Quae in Episcopo, & quolibet Praefato Ecclesiae praeficiendo maxime desideratur. D. Isidorus lib. 3. de summo bono, cap. 34. Non sunt promovendi ad regimen Ecclesiae, qui adhuc vitis subiacent. Salvianus libro 2. ad Eccles. Quicquid enim de aliis omnibus dictum est, magis absque dubio ad eos pertinet, qui exemplo esse omnibus debent; & quos utique tanto antea ceteris oportet devotius, quanto antea hinc omnibus dignitate. B. Laurentius Justin. lib. de comp. p. 2. D. Gregorius late homilia 17. in Evang. late illustrat Theophilus Raynaud. tom. 12. tract. Mala e bonis, cap. 16.

^e **Qualiter.**) Faciunt D. Gregorius in Pastoralis lib. 1. cap. 10. & 11. ibi: Episcopus debet ad exemplum vivendi praebere. Concilium Aquilgran. can. 13. Turonense sub Carolo Magno can. 4. Episcopi vita, habitu, forma, & communicatione suis sint subiecti exemplum, & vivendi norma. Cabilon. sub eodem, can. 2. Valentinum sub Lothario, can. 13. Isidorus Pelusiotica libro 1. epist. 319. ibi: Cum sacerdos gregis forma, & Ecclesiae lumen dicatur, & sic revera, subditus, ut certum sigillo, sic ipsius moribus imprimi necessum est. Filescus in cap. primo, §. 3. de officio Ordin. hinc Episcopos peccans, gravius panitur quam ceteri fideles, cap. cum quadam, de iurajurando.

^f **Quibusdam.**) Cum enim in electionibus Episcoporum Regis expectabatur assensus, inter alia incommoda, quae sequebantur, praecipuum erat, quia pueri, & ignari Ecclesiae praeficiabantur. Ivo Carnotensis epist. 6. §. 7. *Eligimus puerum, puerorum festa colentes; Non nostrum morem, sed Regis iussa sequentes.* Unde refert Floardus lib. 4. chron. c. 22. Oldaricum Aquila

fem Episcopum, praefectum Ecclesiae Rhemenfis fuisse vice Hugonis Comitum tunc parvuli; quod etiam refert Baronius tom. 10. anno 925. n. 8. ibi: *Ilud plane tunc primo contigit in Ecclesia Dei videri monstrum, nunquam habitum in Orbe Christiano visum, nec auditum, imo nec puto mente conceptum, cum videlicet puer nondum quinquennis, nondum alicuius inferioris ordinis capax, vix sexula prima adulescent elementa, Rhemenfis eligatur Archiepiscopus.* Similem casum refert Spondanus in epitome, anno 933. ibi: *Quo tempore res accidit, quae nunquam in ea Ecclesia fuerat audita, ut post Stephanum non alius nisi temporanus substitueretur Antistes; namque Triplicem monachus, qui sedis usquequodam Theophilus, & filius Romani Imperatoris adulescens, tunc seducens annorum, legitime esset atatis, ut possit fieri Patriarcha: quem tamen hoc anno revera creatum fuisse Patriarcham ex Caropaleste constat, dum numerat annos sedis eius viginti tres; sed loco ipsius Triplicem constitutum esse administratorem eius Ecclesiae. Cuius abulium jam conquerebatur Bernardus epist. 12. post medium: *Scholares, pueri, & impuberes adulescentuli, ob sanguinis dignitatem promoventur ad Ecclesiasticas dignitates, & de sub iure transferuntur ad principatum presbiterii, laetior interim quod virga evaserit, quam quod memoriter principatum.* Et epist. 271. Philippus Abbas lib. de dignit. cleric. cap. 115. *Pa ribi terra, scriptura dicit, cuius Rex puer est. Hoc est dicitur: Pa ribi Ecclesia, cuius Praelatus vitam rationis perierit, non aliumque gravitatem sentiens, non fortitudinem.* Illustrat Theophilus Raynaud. tom. 22. ir. Mala e bonis, cap. 6. ex num. 30.*

^g **Exegerit.**) Antiquiores in praesenti, & Glossa in c. unico, verbo compleverit, existimantur, sufficere Episcopum eligendum trigefimum annum, non vero necessarium esse perfectile. Sed licet hoc in terminis juris communis defendi possit, hodie tamen non potest admitti post constitutionem Gregorii XV. editam die 15. Maji anno 1592. in illis verbis: *Annus trigefimus complevit.* Ex quibus constat desiderari trigefimum annum expletum: ita docent Armondariz ad leges Navarrae, in l. 1. tit. 7. lib. 1. num. 18. Gurtierrez lib. canonie, q. 16. n. 39. Lessius de iustitia lib. 2. cap. 34. dubio 20. Diana p. 5. tractatu 2. resolus. 19. Narbona anno 30. §. 5. h Legitimo.) Quae ad hanc textum partem spectant, petenda sunt ex traditis in cap. ad de filijs presbyter.

COMMENTARIUM.

EX hoc textu sequens deducitur assertio: Episcopus debet eligi, qui 30. annos habeat, ex legitimo matrimonio sit natus, & literis polleat. Probant textus in c. 2. dist. 26. cap. si quis cap. presbyterum, 56. dist. c. 1. 59. dist. c. Episcopus, 77. dist. c. qui in aliquo, 51. dist. cap. ult. de atate, & quali. cap. innotuit, 20. cap. cum Vintoniensis, hoc tit. Concilium Arelatense tertium can. 1. ibi: Episcopus, vel presbyteri honorem nullus annos ante praemissam aetate conversionem, vel ante triginta annos accipiat. Romanum sub Eugenio II. can. 4. Lateranense sub Leone X. sess. 9. Tridentinum sess. 7. cap. 1. & sess. 24. cap. 12. Aquilgranense 3. sub Ludovico par. 2. cap. 2. §. 3. Gregorius VII. lib. 9. regest. epist. 22. circa med. Gregorius XV. in constitutione supra relata. Illustrant Azor, Suarez, Toletus, Reginaldus, Lessius, Sayrus, Garcia, Menochius, Rebuffus, Gurtierrez, Armondariz, & alii relati ab Acuna in c. Episcopus n. 17. 77. dist. Bertachinus, & Petrus Gregorius apud ipsum in c. 1. n. 6. dist. 60. Henriquez, & Salcedo laudati ab ipso in c. qui in aliqua, 51. dist. innumeri relati a Barboza in praesenti, & de potest. Episcopi, alleg. l. n. 26. & in Trid. sess. 7. c. 1. quibus addendi sunt

sunt Narbona de atate, anno 30. q. 5. Filescus in c. 1. §. 3. de officio Ordin. Aegidius Bossius to. 1. moral. tit. 2. §. 4. Savarus ad Siden. lib. 5. epist. 5. Pirrus to. 1. Sicilia sacra, fol. 415. Grefolius lib. 2. mystag. c. 7. Yepes to. 5. velron. D. Bened. anno 935. c. 1. Turretius in paral. c. 15. Ant. August. lib. 4. in epistome, tit. 9. & 10. Salmeron in Principia abscondito, med. 18. §. 3. Garcia r. 2. polit. fol. 89. & 93. Aetas autem triginta annorum dicitur perfecta, l. 3. tit. 2. lib. 10. legum Visigothor. Nazianz. orat. 40. Quia haec aetas perfectum virtutis augmentum, docendae maturitatem habet. Theophyl. in Luc. l. 3. Aetas illa perfectissima est. Et in Joan. c. 1. *Vir autem dicitur dominus, fortissim propter aetatem perfectam, quoniam triginta annos numerat, cum baptizaretur.* Gregorius VII. epist. 5. ad Episcopos Britanniae: *Non admitti juvenem quemdam praedictum genere, & honestis moribus ad Episcopatum onus portandum.* Hincmarus tamen in vita S. Remigii ait, eum anno 22. Archiepiscopum electum esse. Et ut cetera exempla mittam, Eleuterius propter extremam virtutem, vigefimum annum aegens Episcopum Illyrici ordinatus est, ut scribit Nicephorus Callixtus lib. 3. hisor.

Sed adversus hanc conclusionem sequentes insurgunt difficultates: & prima adversus eam partem, in qua asseritur, minorem triginta annorum non posse in Episcopum eligi, in quam sic argumentor: Morum honestas, & mentis solertia non fit adscripte sunt aetati triginta annorum, ut antea obtineri non valeant; nam sicut malitia, sic prudentia supplet aetatem, l. 1. c. de praescriptis sacris cubiculis, lib. 12. c. de illis, c. fin. de despons. impub. quippe vita commendabilis non nascitur ex diuturnitate annorum, aut ex numero eorum computatur; sed ex probatis moribus, quibus polleat Episcopus, eligi debet, quamvis aetate minor sit, ut in iudice eligendo aebat Calliodorus lib. 2. var. ep. 1. ibi: *Dignus plane legitimitas nobis, qui in ipso pueritia fore moribus lubricum frangitur aetatem; & quod nam constantia bonum est, parte privatus, gravitatis insulsi filius est: expulsum hinc sapientia subjugatur, vitorum blanda comtempli.* Id probemus exemplis. Timotheus enim juvenis in Episcopum electus fuit. D. Paulus 1. ad Timoth. 4. ubi reddit rationem D. Ambrosii, quia quantum ad aetatem pertinet, juvenis erat; quantum ad mores, & conversationem, senior, & gravis. Item de Paulo Constantinopolitano Archiepiscopo refert Socrates ibi: *Qui ut aetate admodum juvenis, ita providentia, & consilio senex erat.* Etiam id de S. Honorato refert Hilarius Arelatensis in eius vita: & multis honoribus, & dignitatibus juvenes decoratos refert Bobadilla lib. 1. polit. c. 7. n. 22. Grefolius lib. 2. mystag. c. 13. Laurentius Beysler in Theatro vite humana, verbo Adulescentia. Unde olim apud Romanos virtute pollebent, non aetate admitterentur. Tacitus lib. 11. *Annal.* ubi notat Lessius: ergo est trigefimum annum quis non expleverit, poterit in Episcopum eligi. Secundo contra eam partem, ubi docetur eligendum in Episcopum litteris conspicuum esse debere, nec illiteratum eligi posse, sic insurgit: Quilibet Domini nostri actio debet esse vitae nostrae instructio, cap. 4. de elect. sed Dominus noster non vocavit, aut elegit litteratos in Apostolos, sed piscatores, & Petrus, & Joannes illiterati dicuntur, sed piscatores, & Ecclesia non debet eligere litteratos, sed virtutibus pollebentes. Accedit, nam plurimos Sanctos omnem litterarum praevipendisse notum est. Rex David aebat: *Quantum non novi litterarum, & introit in potentias Domini.* Quae verba Septuaginta sic legunt: *Quia non cognovit negotiorum.* Quos sequuntur Ambrosius, Chrysostomus, & Augustinus. Verbo Ethiopea habuit, *Quia non cognovit numeros:* Chaldaeica, *Non cognovit numerum;* Quae littera retenta, verum sensum hujus loci assignat novus Notator Petri Blesensis in epist. 17. Et D. Paulus vas electiois aebat, Scientiam usque. Et Corinthiis gratulabatur, eo quod essent litterati, & disciplinarii hujus saeculi rudes, ac imperiti. Celebre etiam est S. Augustini de glarati ignorantia documentum: cum enim sibi narraretur vita S. Antonii, repente (in ipse faretur libro 8. confess. cap. 8.) exclamavit: *Quid est hoc quod audisti? Sargunt indocti, & celum rapiunt; & nos cum doctrinis nostris sine corde sumus, ubi voluntatem in carne, & sanguine.* De S. Benedicto refert D. Gregorius libro 2. dialogor. quod de domo parentum discessit scienter nesciens, & sapienter indoctus. Denique notum est oraculum illud, *Littera occidit, Spiritus autem vivificat.* Ergo gratia sufficit in Episcopum, nec humana scientia opus est.

Sed his non obstantibus, vera est nostra assertio, quae rationibus sic probatur. Prima pars, ubi docetur in Episcopum eligendo desiderari aetatem triginta annorum, ratio ex eo provenit, quia haec aetas naturaliter perfecta est; unde apud Romanos ea aetas praefinita fuit in sermo manumittendo, ut iura civitatis Romanae consequeretur, ut agnosceret manumit. vis libertatis beneficium sibi collatum. Ulpianus in fragmentis tit. 1. ad quod caput legis Aelia Sentiae spectant textus in l. 20. cap. cum Vintoniensis, hoc tit. Concilium Arelatense tertium can. 1. ibi: Episcopus, vel presbyteri honorem nullus annos ante praemissam aetate conversionem, vel ante triginta annos accipiat. Romanum sub Eugenio II. can. 4. Lateranense sub Leone X. sess. 9. Tridentinum sess. 7. cap. 1. & sess. 24. cap. 12. Aquilgranense 3. sub Ludovico par. 2. cap. 2. §. 3. Gregorius VII. lib. 9. regest. epist. 22. circa med. Gregorius XV. in constitutione supra relata. Illustrant Azor, Suarez, Toletus, Reginaldus, Lessius, Sayrus, Garcia, Menochius, Rebuffus, Gurtierrez, Armondariz, & alii relati ab Acuna in c. Episcopus n. 17. 77. dist. Bertachinus, & Petrus Gregorius apud ipsum in c. 1. n. 6. dist. 60. Henriquez, & Salcedo laudati ab ipso in c. qui in aliqua, 51. dist. innumeri relati a Barboza in praesenti, & de potest. Episcopi, alleg. l. n. 26. & in Trid. sess. 7. c. 1. quibus addendi sunt

Consulatum haberet: rationem reddere Cicero Philippica 5. in fin. sic: *Legibus Annalibus maiores nostri cum grandiore aetate ad Consulatum constituerent, adulescentia temeritatem creabant, & ne Adulterium ante vigefimum septimum annum gerere possent, nec minor vigintiquingue annis in Senatore eligeretur; nec etiam stante hominum penuria, l. ad rempublicam 8. ff. de numeribus, & honoribus, l. 2. §. fin. ff. de iure iurandi, l. Lactius 12. §. penult. ff. ad municipalem.* Apud varias etiam nationes constitutum reperitur, ut non nisi provecata aetate viri ad dignitates, & Magistratus admitterentur; apud Hebraeos enim in Sacerdote aetas viginti annorum, in Pontifice vero vigefimus sextus annus desiderabatur. Seditimus de success. Hebraeorum, cap. 4. licet nullam aetatem istis ministeriis praescriptam esse doceat Pater Menochius lib. 2. de republica Hebraeorum, c. fin. circa finem. Apud Athenienses Helicidiz, id est qui in Helica iuri dicendo praerant, conceptis verbis iurabant, se trigefimum aetatis annum excessisse. Demonsthenes contra Timocrem. De Spartani idem tradit Plutarchus in vita Licurgi: de aliis Petrus Gregorius lib. 47. synagoga, c. 9. cum ergo major & prudentia, & cura in regendis animabus, quam in regendis corporibus requiratur, c. cum sit aetate atate, & quilibet merito corpi canones in eligendo ad Episcopatum aetatem 30. annorum praescriberent. Accedit exemplum Hebraeorum, ubi nullus ante trigefimum aetatis annum ad populum concionem habere, Doctores, Prophetas munere fungi poterat, nisi 30. annis natus: unde D. Joannes Baptista aetatis annum trigefimum aegens praedicare coepit, & Christus Dominus noster triginta annis natus baptizatus fuit, & tunc praedicare coepit, ut expendunt Patres Concilii Neocaesareaensis relati in c. presbyter, 28. dist. Illustrant Grefolius mystag. cap. 7. Baronius anno 31. Vivar. in notis ad Flav. Dext. anno 31. fol. 21. Merito ergo in Episcopo aetas triginta annorum desideratur, in qua aetate Senatores eligendos esse, probat Langleus lib. 2. senect. c. 11. & in his Regibus Hispaniarum Inquisitores heretice pravitatis in eadem aetate eligi debere probant Carena de officio Inquisitor. l. p. §. 4. n. 18. Simancae de catholice iustis, tit. 30. licet iura communia antea in eis aetas quadraginta annorum desideraret, ut docent Eymericus parte 3. direct. q. 2. comment. 51. Farinacius de heresi q. 186. n. 46. Delbene tom. 2. de officio Inquisitor. dubit. 1.

Secunda etiam partis conclusio ratio ex eo provenit, nam Episcopi officium, & munus est docere, & praedicare, c. inser, de officio ordin. Synodus 6. Trullana can. 19. c. 30. ubi Balsamon, D. Ambrosius lib. 1. de officiis, c. 1. ibi: *Cum jam effugere non possimus officium docendi, quod nobis frequentius imponitur Sacerdotis necessitate, Sidorus lib. 5. ep. 3. ubi Savarus verba Domini miseranti; & Apollolis 1. ad Timoth. c. 1. Episcopum Doctorem debere esse praedicat. D. Isidorus lib. 2. de offic. Eccles. lib. c. 5. Episcopo etiam scientia Scripturarum necessaria est: quia si Episcopi tantum sancta vita, sibi soli proficiat sic vivere. Porro sic & doctrina, & sermone fuerit eruditus, potest ceteros quoque instruere, & docere suos, & adversarios revincere, qui nisi fuerint eruditi, atque doctissimi, facile possunt simplicium corda pervertere. Citatur locus hic in Concilio Aquilgran. 1. sub Ludovico, c. 9. & sumptus magna ex parte ex B. Hieronymo in comment. ad epist. Pauli ad Titum, cap. 1. Late probat I. Filescus in c. 1. de officio ordin. §. 4. per totum. Debet etiam Episcopus causas iudicare, & criminolos puenis a iure status punire, c. 1. de officio ord. quomodo ergo illiteratum poterit ea exequi? Unde ignorantiam Praesulum valde damnavit Zostimus Pontifex ep. 1. c. 1. Hilarius epist. 1. ad Alcan. c. 4. Gregorius VII. lib. 9. regest. epist. 2. iuste ergo tot canonicis statutum est, in Episcopum, illiteratum eligi non posse.*

Nec obstant difficultates supra expensa: non prima, nam licet ante trigefimum annum in uno, vel alio sacerdotio possint reperiri morum honestas, mentisque solertia, non tamen id frequentius ita contingit, quare Ecclesia non ad ea, quo raro, sed quae frequentius accidunt, respiciens, statuit aetatem triginta annorum in Episcopo eligendo. Adducta autem pro dubitandi ratione evincunt, posse R. Pontificem ante eam aetatem cum aliquo dispensando, eum in Episcopum eligere, seu confirmare, ut contigit in electione Rudolfiani Episcopi Diamensis, ut refertur Yepes to. 5. velron. D. Benedicti, anno 935. c. 1. Tamayo a Salazar, l. 2. martyrol. Hisp. die 1. Martii. Nec secunda difficultas obstat ex variis auctoritatibus, & exemplis petita, quibus si allatam est satisfaciendum; non exemplum deductum ex Apollolis: nam licet quondam Apollolis tantum piscatores erant, litteras nescirent, tamen postquam a Domino electi fuerunt, & missi ut praedicarent in universum orbem, Spiritu sancto illuminati loquebantur variis linguis magna Dei, ut omnes Scribas, & Doctores legis veteris in stuporem raperent, ut refertur Actuum Apost. c. 4. & 13. Nec illud Davidis, *Quia non novi litterarum,* ad rem facit: nam praeterquam quod, ubi in Vulgata legitur *litterarum,* in alia versione legitur, *non novi numeros:* seu arithmeticae; & in alia habetur, *non novi negotiationes;* ut notatur D. August. ibi, D. Ambros. lib. 3. de officiis, cap. 6. Gelafius Papa in epistola decretali: nemo ignorat Prophetam Regem non fuisse Sacerdotem, aut Levitam; quare non illis litteris egebat, quibus ministri Ecclesiae debent polleere, & quae adeo ex sacra pagina in ministris desiderantur, ut apud Oseam c. 4. vers. 8. illa interminatio legatur: *Quia in scientiam repulsi, respellam te, ne Sacerdotis singulari tibi.* Nec auctoritates D. Pauli adversantur; nam Apollolis non de litterarum incertia agit, sed de minori eloquentia cultus; & sic inquit ad Corinth. 2. c. 1. vers. 6. *Impertinet sermone, non tamen scientia.* Scite ad rem D. Augustinus lib. 4. de doctrina Christi, cap. 7. ibi: *Sicut praecipua eloquentia secutum fuisse non dicit.*

¹⁵ Dissolvitur dubium ratio.

¹⁰ Traditur dubitandi ratio.

¹⁰ Traditur dubitandi ratio.

¹² Secunda partis conclusio.

¹³ Dissolvitur dubium.